Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram mechatur. Et qui dimissam a uiro ducit: mechatur.

dicturum predixit. Quibus dominus occurrens ostendit inter legem et euangelium sicut promissionum et preceptorum non minimam esse distantiam. Unde subdidit. Lex et prophete usque ad iohannem. Ambrosius. Non quia lex defecerit: sed quia incepit euangelii predicatio. Videntur enim minora compleri: cum potiora succedunt. Crisostomus. Per hoc etiam reddit eos celeres ad suam fidem. Quasi si usque ad tempus iohannis consummata sunt omnia: ego sum qui uenio. Non enim destitissent prophete: nisi uenissem ego. Sed dicens quia lex et prophete usque ad iohannem. cum multo plures prophete fuerint in nouo quam in ueteri testamento: sed de illis prophetis dicit qui prenunciauerunt christi aduentum. Eusebius. Non autem ante priores prophete predicatorem regni celorum. Sed nullus eorum expresse annunciauit propter iudeorum eo quod puerilem mentem iudei habentes imbecilles erant esse predicationis immensitatem. Primus autem iohannes manifeste predicauit appropinquasse regnum celorum et non solum et peccatorum remissionem per lauacrum regenerationis. Unde sequitur. Ex eo regnum dei euangelizatur et omnis in illud uim facit. Ambrosius. Lex enim multa sibi nomen tradidit (?) ut naturalibus magis generatorum desideriis ad iustitie studium uos uocaret. Christus non mandat: quia infideles quasi amputat uoluntates. Sed ideo uim faciamus nature: ut non ad terrena deuergat: sed ad superna se erigat. Eusebius. Magna enim pugna incubuit mortalibus in ascensu celorum. Qui enim homines carne mortali uestiti erigentur (?) uoluptatem et omnem illicitum appetitum uincant uolentes mutari angelicam quo non uolentum (?). Quis autem uidens diuino insudantes cultui et pene suam carnem mortificantes: non uerum fatebitur illos uim inferre regno celorum? Sed et siquis indagauerit numerum propositum uenerandorum martyrum: fatebitur eos uim inrogare regnum celorum. Augustinus. Uim etiam faciunt in regnum celorum ut non solum temporalia ista contempnant: sed et linguas deridentium se talia contempnentes. Hoc enim subiunxit euangelista cum dixisset derisum fuisse ihesum cum de contempnendis diuitiis diceret loqueretur (?). Beda. Ne autem putarent in eo quod dixit. Lex et prophete usque ad iohannem. legis uel prophetarum ab eo destructionem predicari: hoc excludit subdens. Facilius autem est celum et terram preterire: quam de lege unum apicem cadere. Preterit enim figura huius mundi. De lege autem nec unus quidem huius summitas: id est nec minima queque a sacris spiritualibus uacant. Et cum lex et prophete usque ad iohannem: quia non potuit ulterius uenturum prophetari quem iohannes presentem iam uenisse clarebat. Quod autem de lege in perpetuum non uiolanda predixerat: uno exempli gratia de illa sumpto testio confirmat dicens. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram mechatur. Et qui dimissam a uiro ducit: mechatur. Ut ex hoc uno discerent christum in ceteris enim non ad soluenda sed ad implenda decreta legis uenisse. Theophilus. Quia enim cum imperfectis lex imperfecte loquebatur: ex hoc propter quod duris precordiis iudeorum ait. Si in odio habuerit coniugem: dimittat eam. Quia ira cum homicide essent et gauderent in sanguine: ne alios interficerent (?) sibi inseruebatur a deo ut filios et filias mactarent demonibus. Nunc uero perfectioris doctrine opus est. Ob hoc igitur dico quod siquis repudiat coniugem non inhabentem cum fornicationis: mechatur. Et qui aliam duxerit: mechatur. Ambrosius. Prius autem dominus arbitrio de lege coniugii ut postea de prohibendo diuortio disputem. Quidam putant omne coniugium a deo esse. quia scriptum est. Quos deus coniunxit homo non separet. Quomodo igitur apostolus dixit. Si infidelis discedit discedat?

de quibus cun. (?)